

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum I  
cum fonte primo

Fortitudo que per bella tuetur  
a barbaris patriam, uel defendit  
infirmos, uel a latronibus socios,  
plena iusticia est.

Ambrosius de officiis.

Liquet igitur et has et reliquas cognatas  
sibi esse uirtutes siquidem et  
fortitudo quae uel in bello tuetur  
a barbaris patriam uel domi defendit  
infirmos uel a latronibus socios,  
plena iustitiae sit;  
et scire quo consilio defendat atque adiuuet,  
captare etiam temporum et locorum  
opportunitates, prudentiae ac modestiae sit;  
et temperantia ista sine prudentia modum scire  
non possit; opportunitatem noscere  
et secundum mensuram reddere, sit iustitiae;  
et in omnibus istis magnanimitas necessaria sit  
et quaedam fortitudo mentis plerumque  
et corporis ut quis quod uelit implere possit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.27.129  
(CCSL 15, M. Testard ed., p.47, ll.29-38).